

4. H.
S. 1284. 7
925
1769, 3,

DISSERTATIO IN AVGVRALIS
AD

IVS AGGRATIANDI

QVAM

NUMINIS DIVINI AVSPICIIS

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. FRIDERICO II.

HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA

AVCTORITATE ET CONSENSV

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS

PRAESIDE

VIRO ILLVSTRI AMPLISSIONE ET CONSULTISSIMO

**DN. CAROLO GVILIELMO
WIPPERMANN**

PHIL. ET I. V. DOCT. IVRIVMQVE PROF. PVBL. ORD. PRIM.

PATRONO SVO AETERNE DEVENERANDO

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTRQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA
DOCTORIS RITE CONSEQVENDI

D. IVN. MDCC LXIX IN AUDITORIO ICTORVM

ILLVSTRIS SENATVS ACADEMICI

DISQVISITIONI SUBIICIT AVCTOR

IOHANNES AVGVSTVS BACH

BEROLINAS.

RINTELII TYPIS I. G. ENAX, A. T.

DISSESTITIO INVACARIA
AD
IAS AGGRATIANDI

IN VITAM DIVINAM VERSICUS
REGATOR ACADEMIAE MAGNIFICENTIAE
SERVENSIMO PRINCIPIBUS DOMINO
DN FRIEDRICO II

HASAE FUNDAMENTA REI OVA

Vtere tuo iudicio.

DU CAROLO GALLIFMO
IMPERRIANI

PROLICITATE
GALLIA

ULTIMUS IN AUSTRIA
GALLIA

ULTIMA SEQUITUR ALIUD
GALLIA



SACRI. ROM. IMPERII.
LIBERAÆ. REIPUBLICÆ. HAMBVRGENSIS.

SENATVI.

PERILLVSTRBVS. MAGNIFICIS.

PRAENOBILISSIMIS. CONSVLTISSIMIS.

PRVDENTISSLIMIS. AMPLISSLIMIS. GRAVISSIMIS.

DOMINIS

DNN. CONSVLIBVS.

DNN. SYNDICIS.

DNN. SENATORIBVS.

DN. PROTONOTARIO.

DN. ARCHIVARIO.

DNN. SECRETARIIS.

PATRIÆ. PATRIBVS. OPTIMIS.
SALVTIS. LIBERTATISQUE. PVBLICÆ.
TVTORIBVS. VIGILANTISSIMIS.
IVSTITIÆ. AC. MVSARVM. ANTISTITIBVS.
GRAVISSIMIS.
HASCE. STVDIORVM. PRIMITIAS.
REVERENTIAE. OBSERVANTIAE. SVBMISSIONIS.
TESTES.

EA. QVA. PAR. EST. RELIGIONE.

D. D. D.

TANTORVM. NOMINVM.

OBSEQVIOSISSIMVS. CLIENS.

JOHANNES. AVGVSTVS. BACH.



PRAECOGNOSCENDA.

§. I.

Non amplius Germani Germanis aequiparandi sunt, nostri scilicet antiquioribus illis, de quibus LEIBNIZIVS affirmabat, *vel solam laboriositatem illis relictam esse*. Qui vero longae consuetudinis statores sunt religiosissimi: particularem quoque gentis insolem *legum cultorum* diutissime seruarunt. Hinc tot controuer-
fiarum tanta volumina; hinc praesumptionum non minora; ex quibus nihil rectius, nihil iustius praesumi potest, quam pingue scriptoris ingenium.

§. 2. Quid vero de illis statuendum est, quorum auto-
res iam cardinem negotii, de quo tamen sermocinantur, in-
dicare negligunt? Horum non ultimum locum obtinet LAV-
TERBACHII *Dissertatio de iure aggratiandi*. Quicumque totam per-
leget: indefessae profecto laboriositatis vir est; qui vero ratio-
nes in illa deprehendat, quae vel ad gratiam vel ad iustitiam
principes determinare debeant: vel magnus mihi erit Apollo!
Interim memoriam exornent, quae iam memoriae sunt fructus
vberrimi, dummodo iudicij non ambeant aueritatem.

§. 3. Iam alia enim requiritur iuris ratio. Iam reges ipsi
codices condunt; patres vero patriae colligunt; publicant. Sae-
culum iam candido candidius! Quem non Minerua redux com-
pelleret, vt reduci gratetur! Quem non iuaret suis quoque
viribus, et si exiguis, ad restaurandam iurisprudentiam aliquid

A

con-

contulisse! Restauratur autem, quae fibimetipsi restituitur. Maioris ingenii est, maiora pertractare: De Iure aggratiandi scribam ego.

§. 4. *Ius aggratiandi facultas dicitur principis, promeritas delinqüentibus poenas remittendi, (*) de cuius vel arctiori, vel latiori limite multa sane incongrua auctoritatem obtinuerunt. Tot enim leges a potestate principis eximunt, ut Aedilem potius salutare possint, quam Dictatorem perpetuum. In illis autem, quae eius adhuc arbitrio commissa sunt, iam extra oleas vagari concedunt. Que modo et finibus coarctassent, cuius ne modo finem cognoverant? Nostra ergo lis proferre terminos angustiores, latiores autem coercere; non quod nouitati studeamus: sed veritati potius.*

§. 5. Ne vero systema quoddam exceptent, quicumque hanc commentationem legere sibi proposuerunt. Non enim *de Iure aggratiandi*, sed *ad ius aggratiandi* tabulas exaro. Quae iam exstant, praesupponere liceat, ne, quum ad consolidandum opus non plane sint necessaria; sribenti magis, quam legenti profuisse videantur. LAUTERBACHIVS doctrinam inter reliquos iam prolixius explicauit, et si arcem ipsius causae omiserit. In illum commentaturus, ea addam, quae defunt; ea vero aliter explinem, quae aliam quoque rationem poscere videntur.

AD SVBIECTVM QVI HOC IVRE IN- STRVCTVS EST.

§. 1. Qui potestate gaudent legislatoria, tam omnibus, quam singulis ex populo, legem paeſeribunt; omnibus legem vniuersalem; singulis vero particularem constituunt. Quoties hac

(*) Haec eadem vere est, ac Lauterbachii definitio, et non nisi in quantitate verborum differt. Addit ille: poenas *criminales*; sed hoc Romanorum Iurisprudentiam magis respicit, quam Germanorum; quibus iam poena ciuilis adfectus non ideo delinquens nomen commereri videtur. Addit quoque: *cum iudicio* remittendi: Quasi non in omnibus negotiis conficiendis praesupponetur iudicium?

hae particulares, illis vniuersalibus derogant: *exceptiones* dicuntur a *regula*. Ex diuersis vero regularum exceptionumque speciebus, diuersae oriuntur combinationes, diuersa priuilegia. Sic, quae insequens factum respicit, exceptio, in oppositione ad regulam criminalem, *aggravationem* producit. Notes autem, de illis modo exceptionibus nobis sermonem esse, quae ab ipso legislatore interponuntur. Non omnes enim exceptiones ius dicunt particulare, (*) sicuti non omnes regulae vniuersale statuunt. Dantur et gratiae regulae; dantur et iustitiae exceptiones. Hae obiciuntur a delinquente, nec ius mutant vniuersale, sed modificant, (**) illae vero legislatorem commouere debent, quandocumque contra ius vniuersale statuere licebit.

§. 2. Hic verus est fons atque origo Iuris aggravandi. (***)
Sequitur iam inde, non nisi ab illo posse exerceri, qui potestatem

A 2

habet

(*) Harum exceptionum confusio totam quoque doctrinam mira confusione vitiauit, cum doctores gratiae obiectum in illis ponerent, quas ad molliendam, seu auertendam paenam rationes delinquens produceret. Sed iam explavit Lauterbachius in cit. *Dissert. de Iure aggrat.*

(**) Omnibus enim legibus penalibus tacita ineft conditio summae moralitatis in delinquente. Pro minori ergo moralitatis quantitate, quantitas poenae iam minor subintelligenda est.

(***) Sunt, qui ex iure vitae et necis deducere malunt, sed brevior videtur immensa via; securior quoque, cum de iure vitae et necis multa adhuc disceptentur; potestatem vero legislatoriam in principe nemo mortalium inerit inficias. Quum vero non in deuio itinere ad ius vitae et necis peruentum est; Nonnulla addain, problematis vice magis, quam verae sententiae. Societas ex mutuo ciuium pacto ortas esse perhibent: Sed haec pæcta philosophorum musaea non parum redolere videntur. Victoria partam esse maiestatem verisimilius est, cum ipsa Nimrodi historia id probat. Quum vero in S. S. Scripturis Nimrodi factum improbatum esse, colligere non possumus: Inve-

habet legislatoriam in republica ynaquaque. A principe scilicet, qui omnia iura maiestatica in se conciliat. Postea quoque ex concessione summi imperantis alii principes illo gaudent; quum vnicuique liceat, ius suum aliis quoque communicare. Hoc fundamento acquisitum est a S. R. I. Statibus, et quidem vniuersis; quod, quum iam a LAVTERBACHIO expositum sit, silentio nos praetermittimus.

§. 3. Quid vero, si quaestio moueatur: An idem sit huius iuris exercitium in illis rebus publicis, quorum salutem plures curare solent, ac in illis, qui modo principis persona reguntur? Non idem esse puto; quatenus, scilicet, illi plures non totam huius auctoritatem exaequant. Sunt enim et crita iustitiae administrationem, aliae auctoritatis species; e quibus morum directio non ultimum locum obtinet. Non autem in omnibus rebus publicis magistratui discrimin illimitatum in mores conceditur, (*) sicuti in administratione iustitiae concessum est. Differt ergo.

stigandum esse sum ratus, annon iure quodam homines in societatem compulerit? Si verum est, quod idea perfectionis principale sit Iuris naturalis fundamentum; si constat, hancce perfectionem non nisi in ciuili societate optime posse obtineri; (DARJESI Ius Nat. §. 658.) Si denique illud principium et antiquissimis hominibus iam notum fuit; ita quidem, vt, quamvis non iisdem verbis videntur, rem ipsam tamen maximis extollerent honoribus, gloriarique et perpetuum nomen iis addicerent, qui mortem pro patria ex voto suscepérint: Tunc non immerito colligo, Nimrodum non factò quodam illicito; sed naturali facultate, naturali iamiam lege, homines ad paria vincula reuocasse; ac, quum id non absque violentia quadam confici potuerat: Belli iure stabilitum fuisse imperium.

(*) Haec vero non omnium rerum publicarum priuata est in doles. Romanorum censores contrariam opinionem sufficiunt. Vtinam! non absque vsu recessisset, tam praeclarum institutum. Quisquilius Romanorum seruauimus; agrarias vero leges, et quidquid pari subsidio terrarum

ergo, hisce sub restrictionibus, principis auctoritas a magistratus auctoritate; cum ad hanc saepius totius populi suffragium concurrat.

S. 4. Aggratiatio ipsa magistratibus relictā est, sed eius effectus in mores potissimum redundant; cum omnis aggratiatio spem pariat impunitatis. Quotiescumque ergo damnum moribus illatum, moribus resarciri non potest: Toties aggratiatio cautius debet intercedere: Resarcitur autem difficilime, cum princeps non ex facto magistratus obligetur; legesque, quibus mores coercentur, non facile multitudo ferat, cum saepius in suo quisque ludibrio positam esse libertatem sibi fingat. (*)

S. 5. Sed, ne in idem vitium, quod in aliis reprobauimus, ipsi incidamus, non sufficit modo indicasse differentiam; quin potius,

dominos ad deos euixerat, vnanimi quasi consensu proscriptissimus. Conf. SÜSMILCH in ord. div. circa propag. humani gen. T. II. princ.

(*) Apparet iam, non in eamdem nos incidisse opinionem cum cel. de MONTESQUIEV. Quamquam ille in conclusione eadem nobiscum sentiat: In rationibus tamen maxime differt. Ego quidem in diuisio imperio quaesiui; ille vero in necessaria indole vniuerscuiuscunque reipublicae reperiisse existimat: *La clemence est la qualité distinctive des monarques. Dans la republique, ou l'on pour principe la vertu, (politique) elle est moins nécessaire.* L. vi. Art. xxi. Addas quod in monarchicis statibus in locum politicae virtutis, honorem substituat. Sed, non nisi ex virtute honos, non nisi propter honorem politica virtus. In idem ergo coeunt. Quis non praeclera virtutis exempla reminiscitur in gente Borussorum? Quis non honoris in Anglorum gente? Quis denique Leonidam Spartiaten aut Macedonem Alexandrum, non inter virtutis exempla commemoraret? Attamen hoc principium in Instructionem augustissimae Imperatricis CATHARINAE II ad commissionem &c. migrasse videtur, propter Cap. II §.

¶ 16.

potius, ut emetiamur, non immerito exspectant; quantum scilicet, quae, pro vario statu quotidie variant, regulis quibusdam includi possunt. Differt ergo aggratiationis exercitium in diuersis rebus publicis, quantum potetas eorum, qui exercent, inter se dispercat. Horum pars vna iustitiam; altera vero tam mores quam iustitiam dirigit. A moribus ad iustitiam valet consequentia, non autem a iustitia ad mores subsistit; nisi quatenus ex effectu visibili ad causam inuisibilem potest ratiocinari: Quantum ergo plus est in uno, quam in altero; quantum a magistratu differt ius principis; quantum a causa distat effectus; quantum deinde potius in altermis rebus publicis morum directio: Tanto liberius; tanto circumscriptius exerceatur ius aggratiandi.

AD IMPEDIMENTA GRATIAE EX LEGIBVS DIVINIS ORIENTIA.

§. 1. Nunc iam ad ea transeamus, quae maiorem ingenii applicationem requirunt; quum non de glande legenda, sed de iure divino differendum erit. Antiquiores Iureconsulti procul dubio superstitioni plus iusto succubuerunt, quum nimiam maioris legibus auctoritatem tribuerint; sed illi quoque non parum errarunt, qui plurimas ex illis naturali obligatione obstringere contendunt. Illi quidem naturae impensis revelationis fines; hi contra, revelationis labe, naturalia iura auxisse conati sunt. Quasi non vtrumque ex eodem fonte emanasset. Nos ergo sum cuique tribuamus; sed nouo sane pacto: Ita scilicet, ut utique detrahamus, quod benigniori animo utrique concessum est.

§. 2. Quae gratiam impedit dicuntur, legum obstacula, unum sane auctorem agnoscunt, qui immisit; Non *unicum* omnia. Ad eundem quoque finem procedunt: Non tamen vno itinere. Quae iam iam diuersitas distinctionem quamdam requirit. Diuidas ergo in *absoluta* et *hypothecica*; aut, si magis placet, in *pri-maria* et *secundaria*. Illis adnumerantur leges omni modo immutabiles; his vero, quae pro diuerso rerum statu iustitiam potius requirunt, quam gratiam summi imperantis. In illa ad unum omnes studia impenderunt; in haec nemo nulla. In vno primus; in altero forsitan ultimus; in vtroque sim auctor ego.

§. 3.

§. 3. Leges immutabiles diuini sunt iuris; hae sunt vel naturales, vel positivae. Quaecumque ex illis circa delicta versantur, criminales vocantur. Quaeritur ergo, an princeps facultatem habeat aggratiandi, cum leges naturales contrarium possint? Quaeritur etiam, an habeat, cum per leges diuinias politicas poenae delinquenti addicantur? Vtrumque negatum fuit; de vtroque differamus. Incipiamus iam a naturae legibus; norma scilicet, ad quas omnes omnium leges attemperentur; Fonte etiam, ex quo omnes explicitur, quae iura mortalium determinant; Fundamento denique, cui omnes positivae leges inaedificatae sunt; siue diuini sint, siue humani iuris.

§. 4. Poscitne ius Naturae poenam a delinquentibus? Poscit. Determinatne poenae genus in criminibus? Non determinat; quum et ipsum ius talionis vindictae magis, quam satisfactioni inseruit; et pessime aliorum moribus ille consulit, qui suos vitiat mores. Omnes ergo leges naturae poenales sunt mixtae iuris; cum poenae genus per leges positivias demum adiiciatur, nisi illa conseptaria malarum actionum poenas denominare velis, quae delinquentem in statu quoque solitudinis adfecerint. Sic membro aut vita mulctatur, quem deiicit a rupe propria socrisia. Sic morbo laborat, saepius immedicabilis, qui suae libidini plus tribuit, quam sanitati (*).

§. 5. Cum vero non inueniam, qui dubitauerit, quod princeps contra leges a se ipso praescriptas possit aggratiare: Iam inde constat, leges naturae poenales, *quoad poenae genus*, ab arbitrio principis non exemptas esse. Sed veterius progredienti non sufficit mutatio poenae, nec quidem mitigatione: Sed euincendum erit, nec principem peccare, qui, praevia consultaione, totam quoque remiserit. Iurisdictio criminalis iam per iura ciuitatis naturalia principi competit: Sed eodem iure princeps facultatem aggratiandi sibi vindicat. Ex uno fonte oriuntur dissimillima, ex quibus iam aggratiatio non nisi cum manifesta pugna

(*) Conferatur de hoc discrimine viri immortalis DARJES.
Obser. I. N. et Gent. T. I, obs. xxv.

gna obligationum exerceri potest. In illos enim modo exerce-
tur, quos poenam meruisse iam constat.

§. 6. Nec poena, nec gratia inflexibilem requirit admi-
nistrationem. Rationes earum discrimen constituant, sed maiores
aut plures modo. Ex quacunque parte minores aut pauciores
non producunt obligationem, quum ex minori bono, tamquam
malo quodam, nihil oriri potest, quod ad agendum determininet.
Et hoc quidem sensu intelligendum est axioma, quod *leges na-
turales sunt immutabiles*. Nulla enim lex, quamquam naturalis,
pure obligat, si indiuiduam respicit actionem; sed in illa modo
relatione, hisce sub determinationibus, praemissis etiam illis omnibus,
quae rei natura in lege tam requirit, quam praefupponit.
Vbi motiuorum maior numerus iam deficit: ibi nec lex adest,
nec lex immutabilis. Haec sunt respicienda in vnaquaque ag-
gratiacione. Si maior per illam perfectio perficiatur, quam
per poenam: Tunc *vera lex adest, lex naturalis*, quae nomine
reipublicae delinquenti poenam remittit bene meritam (*).

§. 7.

(*) Ex hisce adparet, quantum errant illi omnes, qui non
arbitrio, sed ludibrio principis remittunt, quale sit gratiae
discrimen habendum. Quibus non solum omnes Docto-
res ad numero, (si illi *nar̄ e zox̄yv* Doctorum nomen in-
duunt, qui magna volumina condunt,) sed, quod mira-
bilis adhuc est, ipsos praefantissimi ingenii viros: de
MONTESQVIEV loc. cit. et *Marchionem* de *Beccaria*, qui
ex noua sua legislatione totam gratiae doctrinam exulem
esse iussit: De *DELITTI* e delle pene §. 46. delle grazie
" *La clemenza* dunque, quella virtù, che è stata tal volta
" per un sovranno il supplemento di tutt' i Doveri del
" *Trono*, dovrebbe essere esclusa in una perfetta Legis-
" lazione, dove le pene fossero dolci, et il metodo di
" giudicare regolare e spedito." Praefupponit ergo,
gratiam ex imperfecta reipublicae administratione oriri,
sed valde errat, quum et in perfectissima eousque gratiae
locus erit, quo usque delictum et poena ab vna parte, ab
altera vero rectum imperantis iudicium reipublicae non

§. 7. Postquam de naturalibus legibus nonnulla exposui-
mus, ad diuinas positivas nunc transeamus. Sed profecto cer-
tamēt. imminet haud leue cum viris spectatissimis, quorum praef-
iudicia tanto difficultius impugnari possunt, quanto fortius iam ex
praescriptione immemoriali in vim iudicati transferunt. Non
concedunt enim aggratiationem in illis delictis, quorum poena
per leges diuinas positivas determinata est. Quamuis autem iam
a multis viris, illustri laude conspicuis, contraria opinio fortissime
propugnata sit: de vno tamen alteroue delicto maius, quam
de omnibus, discrimen ventilatum est. Quod inde profectum
esse puto, quod *veram iuris naturalis auctoritatem* neglexerint.

§. 8. Inaudita sane liberalitatis species, quae de diuino
iure ex una parte detrahit, vt tanto splendidiora priuilegia ab
altera indulgeri possint. Ius aggratiandi facultas est principis,
quae *iure naturali* competit; ab ipso autem Deo T. O. M. prout
eius auctore concessa est. Quis ergo adimat? Quis restringere
audeat? Nemo certe, nisi ille ipse, qui dedit. Attamen ne ve-
stigiam quidem in S. S. Scripturis inuenio, quod principibus ius
illud circa leges positivas limitandum sit. Rectius ergo con-
cludendum est, quod, quae non in collisione inter se conue-
niunt, (excepta illa, quae iam necessaria adest in vnaquaque ag-
gratiatione) aequali vigore maneant, ab eodem legislatore pro-
fecta.

§. 9. *Ius ipsum enim Mosaicum Iudeorum populo suffi-*
cere non potuit; cum nobis vix centum codices sufficiant. Sunt
potius regulae vniuersales, quae restrictiūam et extensiūam inter-
pretationem, pro rerum statu, admittunt in iudice. Sunt potius
leges in subsidium, quae cum aliis aliorum populorum aut ipsius
Iudeorum populi consuetudinario iure coniunctae videntur.

Adie-

deerit. Totum insuper BECCARIAE commentariolum ex
analytica notione potius, quam ex synthetica scientia no-
strarum legum ortum esse credo, maximo tamen applausu
exceptus est: Rectius propter nouitatem euulgatae, quam
inuentae opinionis.

B

Adieciſſet MENOCHIVS, quod vna quaeque regula tam diu exceptionem admittere praefumatur, donec probetur contrarium. Ego potius in illo nitar, quod omnes poſtiuaes leges naturalia iura tamdiu ſupponant, donec eorum exercitium expreſſis verbis ſublatum fuerit.

§. 10. Sed haec limitationes facultatum naturalium manifesta fūnt indicia imperfectarum reipublicae constitutionum; quippe quae perfectissimo iuri derogant. Non ergo praefupponuntur in illis legibus, quae iam *DEVM* ipsum habuisse auctorem gloriāntur. Si vero haec reiiciſſ, quia generaliora fūnt: Testimonia tamen vocari poſſunt indubitate priuatae indolis tam in gente ipſa, quam in moribus eius et consuetudine. Quum enim ius publicum vniuersale omnibus iura populis statuat: manifestum eſt, tantum differre ab *vniuersali* humani generis indeſe, *vnius* populi ſeparatam indeſe, quantum iura eius, eiusque leges a communi lege recedant.

§. 11. Si vero hanc ultimam ſententiam adoptare maiis, quaeram, vnde proficſcatur obligatio, quae noſtra iura illorum legibus alligauerit? Quo numine laeo hanc conditionem meruerimus, vt iam tali iure vtamur, quod noſtro ſtatui minime conuenire patet. Quid iam nobis cum Iudeis commune eſt? Nil profecto, niſi anxia ſuperſtitio; et quidem *pernicioſifſima*.

§. 12. Iam in emolumētum religioſiſimorum hominum; iam in honorem diuini cultus pernicioſiſimam vocauit; quum, quae et ſanctiſiſima polluir, iuſtam exſecrationem promeretur. Si enim *leges Mofaicae* noſtriſ regionibus, noſtriſ populis minus conueniunt, quam Palaestinae et Iudeorūm populo; ſi plura criminā maiorem in his, quam in illis moralitatem praefupponunt; Si poenae denique, horum ingenio adaptatae, illorum non adaequatae ſunt: Quoscumque tunc, ultra veram delicti quantitatē, ad ultima ſupplicia condemnat princeps, caedes nefarias auctoriitate publica committit; quoscumque autem lenius punire, voluntaria neceſſitate cogitur, illos omnes ſcelerum auctores *ad exemplum* diſpenſat. (*)

§. 13.

(*) De quantitate delictorum, modoque poenarum conſeras
Diss. Viri Doctiſſ. SCHIEBLERI, mirandum ſane eſt, quod,

§. 13. Nunc ad illos me conuertam, qui propter nonnullas S. S. Scripturae leges (Gen. IX, 6. Exod. XXI, 12. 14. Numer. XXXV, 16. 17. 18. &c.) aggratiationem omni modo principi in leges diuinis ademtam esse contendunt. (*) Sed hi fere ignorasse videntur, quod omnes leges *generales generalioribus* quoque verbis concipiuntur; quod et *nostri principes* non aliter legem ferendam, exprimere potuissent, per quam nec ipsis, nec successoribus facultas dispensandi ademta censemur; quod denique in *ipsa S. S. Scriptura* exempla non desint, quibus corroborari potest, DEVM ipsum quoque pœnam suis legibus constitutam, interdum mitigasse.

§. 14. Sic *Cain*, sic *Lamech* a DEO veniam impetraverunt, quorum exempla, si non ad ius posituum spectare contendis, omni tamen exceptione maiora ea confirmant, quae de legibus naturalibus paulo ante praemisi. Simili quoque vigore probant, nec in *ipso diuino iure* publicae utilitati ita prospici potuisse, quin non exceptions a communis regula quotidie occurrant. Quis ergo hodie propter seruilem timorem reipublicae salutem in periculum deduci sinat? Quis ergo ius vniuersale diuinum adoptet; exceptions vero repudiet? Si perfectissimae Iudeorum leges erant: (quis autem negabit?) limitemur; sed eo pacto, ut non ipsas quidem leges, sed sapientissimi conditoris *rationem* transferamus.

§. 15. Nunc aliam quaestione moueamus. Legum obligatio iam a relationibus dependet, in qua cum legislatore, Iudeorum

cum in iure ciuili culpae dolique tantum sit discriminis, id omne contra neglectum sit, quoad criminum inter se differentiam in illo iure, in quo potissimum requiritur. Nam non ex constitutionibus criminalibus, minus adhuc ex eorum commentatoribus, sed ex fabula ingeniosissimi Angli, Thomasio Ionio hauiant, qui scire cupiunt.

(*) Quibus LEYSER. in meditat. DCCVIII, ad iniustam in homicidas indulgentiam in primis fortissime nititur. Rationes vel ex imperativo, vel ex futuro Hebraico desumptae, vix aliquam merentur attentionem.

daeorum populus positus est. Quaenam erat Iudeorum cum DEO relatio? Quaenam est nostra? Illorum duplex sane; autorem enim adorabant, principem colebant. (*) Nostra procul dubio simplex; quum non amplius in statu Theocratiae vivamus. Ne ergo nostrorum iura principum impia manu inuadimus: Tribuamus, quae conueniunt. Quod alia ratione fieri nequit, quam facta diuersi iuris separatione. Si ergo ea, quae religio nem respiciunt, a potestate legislatoria fecernis, omne differimen iuris aggratiandi euaneſcit.

§. 16. Cum autem ex illa diuina regiaeque auctoritatis confociatione felicissima quedam dispositio nata sit: quis DEVN neglexisse credat, vt nostro parcat ingenio. Si vero in tale emolumen tum populi felicitatem inaſſicauerit. Quis dubitet, quin non et ipsae leges diuersam auctoris auctoritatem redoleant? Quis dubitet, quin nostris temporibus separantur, quae iam inter ſe longiflme diſſentiant?

§. 17. Haec explicationem quandam requirunt. *Maior* in Deo erat mediorum copia, quae multiplicem finem conſequi poterant. Diuina nempe ac inuifibilis rerum directio, praeter regiam auctoritatem. Aeternae quoque felicitatis ratio, praeter illam populi ſalutem. Si vero in Deo ſumma ſapiencia eſt; haec ait maiorem perfectionem minori numquam postponit: Quid clarius eſſe potest, quam quod et leges ipius, vt metam plus unam attingant, plus simplici respectu conſcriptae ſint.

§. 18. Aſt quorum non aequalis eſt potentia, hi, quum illas leges transferunt, impio conatu diſpositionem ſibi arrogant, quae non confeſſa eſt. Quo modo et fidem delinquentibus interponere auderent, quod, quae plus iusto ſint paſſi in quantitate poenarum, id ex neceſſaria retribuzione in alia vita, ſint recepturi? Nemo profecto. Conueniant ergo certo fini adaequata media. Iam inde patet, quod magis conſcientiae conſulat, qui leges mutet Mosaicas, quam qui inconfulta religione feruare proponuit.

S. 19.

(*) Quum crimen blasphemiae per leges Mosaicas poena capitali coercetur: Dubito, an haec fuisset adiuncta, si non in illo crimen laefae maiestatis latuiffet.

§. 19. I.) *Omne delictum competens requirit forum.* Remo-
ueantur ergo a numero delictorum, quorum cognitio non ad
humanum iudicem referri potest. Quibus in primis vota adnu-
mero DEO dicata; non redditia. Postea autem, quaecumque
contra DEVVM T O M. directa impietate committuntur. Ridic-
ulum sane est, DEO mandatarium fiscalem constituere; impiti-
um non minus, de eius honore laeso, non laesoue sententiam
ferre, quum in omni iudice superior praemittatur auctoritas; ina-
ne denique, illius iura sarta tectaque conferuare, qui tam pote-
state gaudet, quam facultate et voluntate laesionem omnem vin-
dicandi. (*)

§. 20. II.) *Omnes leges sint stabiles.* Quantum vero in e-
molumentum gratiae hucusque contuli; quantumque adhuc
conferre, rei natura ministrabit: Non tamen negare audeo, quod
is, qui gratiam facere vult, tam acutissimo ingenio, quam non fu-
cato publicae salutis promouendae studio ornatus esse debeat,
quum eius abusus ad plenam legum euersionem tendat. Omnes
ergo Iureconsulti in illo conueniunt, quod princeps male agat,
qui per alios sinit gratiam exerceri.

§. 21. Quamquam ergo aggratiatio non *verbis expressis* Iu-
daeorum genti a DEO prohibita fit: Rechte tamen interdixisse
praesupponimus; quum suis legibus male consuluisse, qui illarum
obseruantiam gentis arbitrio commisisset. DEVS enim ipse
et solus erat Iudaeorum princeps, et multum illius intererat uni-
versaliorum legum sanctissima obseruantia. Quidquid vero gra-
tiae publica requirat salus, id omne per sapientissimam verum di-
rectiōnēm ita infletere potuit, vt ex illo non oriatur obligatio,
quae legibus vniuersalibus deroget.

§. 22.

(*) Haec et Augustissimam Russiae Imperatricem pensitasse
non dubito, cum in instruētione sua ad condendum codi-
cem, commissioni injunxerit, in hisce delictis delinquen-
tem potius eorum priuare emolumentorum, quae ipsa lae-
sa religio ministrat: in der Kaiserin Catharina der Zwey-
ten Institution n. Kap. VII S. 74.

§. 22. In quo vero situm est, quod in republica Iudeorum in delinquentes non ab *ipso DEO* gratia exercita fuerit. In eo situm fuisse autumo, quod, cum, grauissimis rationibus commotus, *visibilem sui praefentiam* non saepius concedere vellet, illius quoque iuris exercitium interdiceret, quod, illo non praesente, non poterat exerceri. Haec mihi satis probasse videntur, quae probare institueram, cum non *in sola gratiae defensione*, principum iura seruare conatus sim; sed et in *quauis mutatione* juris Mosaici indirectam gratiae defensionem quaesiui. Nunc superest, ut nonnulla addamus, quae ex prioribus naturali consequentia deducantur.

§. 23. I. Si verum est, quod prohibitum gratiae exercitium *in singulari forma* Theocratiae fundamentum habuerit: Sequiturne, quod, mutata reipublicae forma, et ipsum gratiae exercitium libertati, iure quasi postliminii restitutum fuerit? Sequitur; et tanto evidentius demonstrari potest, quum et ipsi Iudeorum reges, in quos omnia iura maiestatica traditione, Deus transtulerat, id ipsum exercitauerunt. Sic in S. S. Scripturis causa memorantur (2 Samuel. XIV. 2 Sam. 19.) quod Dauides rex Absaloni et Simei gratiam fecerit.

§. 24. Non vero obiiciant (*) quod Dauidi DEVS coniuerit, ne nimia severitate legis, illius animum ab ipso declinaret. Quantum enim indigna est illorum opinio: Tantum omni exceptione major est horum sententia, quod si animi imbecillitas, quae in *minus noxio effectu* manifesta fit, diuina sece oneret vindicta, multo magis, multo certius, si *vera reipublicae detrimenta* attulerit, in imbecillum iustissimi iram concitat. Et profecto, ab inconsulto populi censu multum exsuperatur atrocissimi criminis impunitas.

§. 25

(*) Quod polygamiae defensoribus, veteres obiecisse recordor. Inconsiderantia certe, quae toties accidet, quoties sanam rationem et in ipsis diuinis legibus explicandis non adhibebunt. Alia prorsus ratione b. SÜSMILCHIUS explicauit in cit. libro.

§. 25. II.) Si ergo leges Mosaicae non necessariam inducunt obligationem; quippe quae diuerso reipublicae statu, diuersis moribus, diuersa gentium indeole, non in pluribus populis perfectissimae vocari possunt. Si porro non sunt immutabiles, quantum iam maior pars ab ipso auctore mutata est: Quid est, quod in illis veneramur, dum diuinis singulari praecellentia vocamus? *Auctoris nomen.*

§. 26. Si vero a lege criminali delinquentem princeps eximit; et propter publicam utilitatem gratiam indulget: Quid suspicis in tali clementia? *Eiusdem auctoris nomen et potestatem administratoris et validitatem ipsius latae legis.* In quo ergo plus est? In hoc certissime. Sivero in diuina lege, quatenus in alium populum translata est, obligatio magis accersita, quam data est: Sic solum auctoris nomen non nisi historicam notionem toti propositioni addit. (*)

§. 27. III.) Maximum erroris hostem meae sententiae ad stipulatum fuisse, non immerito glorior. Quem alium, nisi LUTHERVM? qui iam suo tempore (**) asseueravit, quod ipsum ius Mosaicum non maiorem secum ferat obligationem, quam Solonis Draconisue leges. Quis vero haec aliter interpretari potest, quam quod non alio pacto obliget, nisi *quatenus fuerit receptum.* Quae autem prout recepta valent, induuntne nostrarum legum indeolem? Quae si vera sunt et indubitata: principes non minori ratione gratiam contra illius tenorem exercebunt, quam contra priuatas leges subditis datas exercere posse, omnium vna est opinio.

§. 28. or Lutherum, clamant, mutasse sententiam. *Consilium, non sententiam mutasse reclamito;* (***) cum non fortissimae asseverationi derogant, quae suadent in contrarium. Iam non in disqui-

(*) Quid supereft in lege Fusia Caninia? Nihil aliud, quam quod scimus, eam adfuisse.

(**) Tom. II. Ienens. German. fol. 149.

(***) LUTHERVS Lib. de cauf. matrim. Tom. Ienens. German. V. fol. 255. Der Sippshaft halben und Glieder der Freundschaft, wäre mein Rath, man ließ es bey den Rechten bleiben.

disquisitiones iuridicas, sed in maiora certamina vires parabat, qui non irreligionis suspicionem declinare potuisset, dum suo saeculo doctrinam impetrare conatus fuisset, quae vix nostrò arridere videtur. Sed haec ipsa verba *meam* sententiam corroborare existim. Qui enim suadet, vt seruetur consuetudo, ille ipse non quamvis mutationem improbat. Et majori profecto granitate *LUTHERVS* improbabasset, si modo diuinum honorem periclitari credidisset.

§. 29. IV.) Quod vero vix fidem inueniet posteritatis: Iam mutauerunt, quae non posse mutari, omni studio defendebant. Sic in C.C. C. in furtum alia, quam in diuina lege praescripta est poena. Ast, quali successu, vetat inuestigare Dissertationis ambitus. *Incudit saepius in Scyllam, qui vult vitare Charybim.*

AD IMPEDIMENTA GRATIAE EX LAESIONE LAESI ORIENTIA.

§. 1. Obstacula primaria solo aequauimus; nunc ad secundaria pergamus, quae mihi non nisi *simplicia* videntur; aliis autem *duplicia*; publicae enim saluti laesione quoque laesi addunt. Non, quod illos ignorasse arguerem, iam satisfactionem hancce publicae salutis caussa necessariam esse: Sed, quia tam diffuse pertractarunt Iureconsulti, vt toti cuidani non absimilis, totum pars vna absorberet. Maneant tamen et nobis separata; ne nimia errorum multiplicatione, fidem *qualitatis* in *quantitate* amittamus.

§. 2. Laesiones vel laudentem locupletant, vel non. Ad priores refero, quaecumque ex furto, rapina, annonae flagellatione, concussione, stellionatu, *improba pecunia*, (*) aliisque similibus

(*) Errorum, qui in Instruktione Augustissimae Imper. CATHERINAE II. reperitur, adnotasse profit. E numero delitorum, quae maiestatem laedunt, improbae pecuniae signationem proscriptis in § 471; cum tamen certissime laesae maiestatis fiat reus, qui iura maiestatica violat, quamquam non perduellionem committat. Haec vera confusio, confusionis suspicionem elicit.

libus acquiruntur. (*) Quamquam haec omnia illicitae sint actiones et invalidae: Attrauen, *quoad nudam laesam indemnitatem,* nec gratia requiritur, nec poena; quum quae contra legum dispositionem agantur, pro nullis et non factis praeviae damni præstatione vnoquoque iure reputentur.

§. 3. Si vero laudentem non locupletant; vel quia laedens non usus est emolumenatis, quibus uti voluerat; vel quia ipsum delicti genus, alicui detimento quidem sit, laudentis tamen facultates non augeat; vel denique, quia, quae laedens percepit, nec in continuam transeant possessionem, nec in eadem specie possint restituui, *quia unica:* In illis omnibus nulla restitutio, nisi facta, nostris quoque iuribus conceditur.

§. 4. Sic in furto saepius surrepta furi denuo surripiuntur. Sic in omnibus iniuriis, nihil ad laudentem, ex delicto peruenit. Sic in criminibus carnis, ubi momentanea quasi et transitoria est voluptas, paucissima in scortatorem deuoluuntur, paucissima in adulterum; difficillima enim haec omnia, quatenus *nomen laesae partis* respiciunt, restitui singuntur; quum quae unica est laesa existimatio, ex infamia laidentis potius retribuatur, quam restituatur.

§. 5. Sed transeant haefictiones in vim verae restitutionis, induantque naturam, quae iuribus nostris conceditur: Tunc ea quoque adplicare nobis liceat, quae de vera satisfactione paulo ante praemisimus. Quod scilicet *stea secernis, quae crimen redolent,* ea, quae nudam indemnitatem respiciunt, ciuilem agnoscant sententiam

(*) Non vero sepulcrorum expilatione. Qui enim expilat, nullum plane crimen committit, quum iure suo vtatur. Quae enim a consanguineis expressa; ab ecclesia vero, (in cuius agro abscondita sunt,) tacita voluntate derelinquentur, naturali facultate ab vnoquoque possunt occupari. Quae celeberrimi viri sententia est. Cui addam, quod insuper de republica bene sentiat, qui ea in commercium reducit, quae per consuetudinem merito reliquendam commercio exempta fuerunt.

tentiam, nec ad gratiam trahi possunt, quum auctores poena aliqua non afficiuntur. Sic et, quae Virgini, stuprum passae adiudicantur, satisfactionem magis redolent, quam poenam, quo sit, ut nemo iureconsultorum principis aggratiationem hoc in casu obtinere statuerit.

S. 6. Non tamen idcirco negauimus, quod si publica salus suadeat, princeps quoque retributionem delinquenti remittere possit, quum magis rei publicae consulat, qui ciuis vnius bona de teriori conditioni subiicit, quam qui totius populi felicitatem periclitari finat. Sed haec dispositio criminalis esse *definit*, quum non de poena amplius, sed de bonis et iuribus priuatorum lis mota decidatur.

S. 7. Quae si adprobantur, iam probasse existimo, quod nulla reperiantur obstacula *absoluta*, quae gratiam penitus impeditant. Interim de commaculatione nominis et famae et honoris meditari prosequar, quum et *in gratia* discrimen illius saepius occurrat, difficiliusque euadat, quum non nisi ex diuersis hominum opinionibus, quo colligatum est, dissoluatur.

S. 8. *Vana quidem opinio, sed utilis*, quaeque praeclarissima parit facinora, si prudenter dirigitur; perniciosa autem multos que Herostratos productura, si illorum cognitioni relicta manet, quibus iam commissa est: *Plebi scilicet*. Quid quaeso contumeliosus esse potest, quam si sententiae absolucionis, *honoris declaracionem* iudex addere coactus est, ut nomen seruetur innocentis? Requiriturne, ut deleatur, quae non adest, macula? Ipfane innocentia famam conferuat? Firmat insuper probata.

S. 9. Huic aliud substituam. Si quis iniuriam laedentis occisione vlciscitur; postea autem in ius vocatus ad illam confutudinem prouocat, quae tacito principis consensu, maculam laesi nominis sanguine deleri poscit: quid obiicias? Expressam aliam legem, quae pugnas vetat priuatorum. Si vero in illo nititur quod, quum lex legi contradicat, iniqua iniquae, et *nullum tegibus probatum medium superfit*, ea recuperandi, quae amiserat; iusta sibi manserit facultas poscendi, ut ex illa lege dijudicetur, quae fauorabilior

rabilior est, quaeque in causa iam effectum comprobauerit. Quid denuo obiciias? Paucissima sane. (*)

S. 10. Iam inde peruentum est, ut princeps nec honorem delinquentis, per ipsam aggratiationem seruare possit; quum per animos hominum clandestino veneno serpent honoris praeiudicia, quae et optimi principis optimas sanctiones reddunt irritas. Iam saepius infelix suae forti manet commissus, quum patres partiae de eius nomine desperant, cui vitam et libertatem et fortunas redonarent clementissimi.

S. 11. Tanti momenti est, animo gentium potiri. Non autem per leges, quae actionibus externis praescribentur, mens ipsa corrigitur. Iam puerorum animum institutionibus imbuere necesse est, quae in adolescentibus adolescent, in viris tandem maturescant. Sic leges saepius a diuerticulo reducent, rarius ab improbitate violatae. Sic in illos nec poenam nec cruciatus exerimus, quorum facta, tacito consensu, adprobamus.

S. 12. Nunc ex deuio in callem reduces, aliam opinionem inuadamus. De priuatorum lacrone diximus; altera nunc superest: *Ipsius principis*. Liberiorem in illa concedunt aggratiacionem, quum de proprio aequior sit dispositio, quam de alieno. (**) Sed

(*) Conferas librum gallice conscriptum: *Droit des Gens par du Vattel L. 1. Ch. 13. §. 176.* In vim tamen exemplorum, non indicis haecce commemorauui, quum plura superint. Ipsa enim longa consuetudo, quae omnes honoris opinione sanciuit, et aequitati priuatae repugnat, et publicae saluti. Aequitati enim, quia iniquum est, ex alterius facto obligari, dum proprium non acceperit; publicae vero saluti, quia, quod iuris condunt priuati, ut legibus publica auctoritate firmatis adponant, et inualidum est, et pessimi exempli.

(**) Emicat inter ceteros LIMNAEVS, cuius ut sententiam medio digito ostendamus nos oportet. Non, quasi tanta sit viri autoritas, ut, si non infirmetur, periculum exinde nobis metuendum sit: Sed, ut maiorum scriptorum errores

Sed mihi princeps videtur maxime de alieno disponere, quum de publica salute disponat. Siue enim perduelli ignoscat, siue maiestatis reo; in vitroque totius populi iura in delinquentem remittit.

S. 13. Si quantitatum incognitarum mutua relatio determinari possit; si non ex momentis penderent, quibus in abstracta meditatione nulla lex potest constitui: Omni dubio maior illorum sententia foret, qui crimen laesae maiestatis vnicum esse contendunt, cui non conueniat principum clementia. Nulla enim expectatio maximo sceleri iam commissio praefenda est; nullum quoque facinus aequali facinori derogare potest; nulla tandem exceptio regulae anteponatur, si non plus est in exceptione, quam in regula.

S. 14.

detegam in minori; viuentiumque nominibus in illo parcam, cuius merita iam obliuione obruta sunt. Scripsit in Iure publ. lib. iv. c. 8. n. 2. 4. "Si quae vero alia super sint delicata, quae non natura, non lege diuina, sed humana et ciuili tantum poenam merentur, et praecipue talia sunt, quae contra solum principis ius, et personam eius commissa sunt, in illis remissionem principi concedimus merito." Quid, quaeeso, emolumenti diuinus honor percipiat, a tali viro defensus? Quis sibi perfectissimas Iudeorum leges repraesentet, qui de nexu inter principem et populum statuisse dubitet? Statuit Deus T. O. M. et poena capitali legem sanciuit: Deuter. 17, 11. 12. Turpius adhuc est, quod iuris publici scriptor, naturae leges ignoravit, quatenus societatem et publica negotia concernunt. Hunc tamen allegauit LAVTEREACHIVS, in allegationibus prorsus inimitabilis. Quum enim in Dissert. citata S. 10. Nr. 3. probare instituerat, blasphemiae crimen totis regionibus exitiale futurum: Qua nittitur auctoritate, conice: S. S. Scripturae forsitan? Minime. Nouellam 77. adcitavit; et vt nemo in posterum de illo dubitet, Recesu Imperii de Anno 1495. ita statutum fuisse, insuper adfirmat.

§. 14. Tantum de laesione, vt ad ea peruenire festinem, quae caput meae Dissertationis constituant. Ad eas scilicet rationes, quae principem determinare debent, vt delinquenti gratiam faciat. Quum autem non deprehendo, qui me praecesserit, solusque iam ad aucta delatus non nisi in propriis viribus confidere possim: *Indicasse* mihi sufficiat, quae sint inuestiganda, *leuisque pertractasse* inuestigata; ne plura conatus, omnia perdam Icarus.

VERVM GRATIAE POENAEQVE CRINOMENON.

§. 1. Iam indignationem in me concitasse video, quod licet dimidium viae in conscribenda hac Dissertatione confecerim, ne vnicam legem hucusque allegauerim. Allegabo ergo. 45. §. 1. D. de re Iudic. l. 27, 31. pr. D. de Poenir, l. 1. §. vlt. D. de Quæstionibus, l. 1. C. Sententiam rescindi non posse, vt omnibus pateat, ex uniuerso Corpore iuris nihil a me posse exspectari, quum et ipsa Romanorum Iurisprudentia totum discrimen ignorauerit, nec quidquam gratiae tribuerit. Quae, quum *Leyferus* in meditat. DCLIII. dilucide explicauerit, ex illo repetiisse, mihi sufficient.

§. 2. Rationes non desunt, ex quibus Romani iuris mens possit enucleari. Quum enim, qui compilarent, *stoæ* haud parum faverent; a *stoicis* autem venia, vt iniqua reiiciebatur: (*) Quis non hanc quoque opinionem in leges eorum migrasse existimat? Non aliter *Senecca* in illo, quem de clementia librum conscripsit, non aliter (*polypragmon*) ille *Cicerio* dijudicat, cuius sparsim reperiuntur opiniones.

§. 3. Sed inter recentiores illorum opinio paullatim reputata est, vt fabulae fabula succedat. Quamquam enim de utilitate gratiae non amplius dubitatum sit: rectum tamen illius discrimen non posse exprimi, contendunt. Celeberrimi viri *de Montesquieu* iam supra librum allegauimus; cui addere nunc liceat alios maiorum gentium philosophos, *Hugonem Grotium*, et *Vattelium*, pri-

mum

(*) Quorum sententias in illo sententierum farragine colligit Hugo Grotius in I. B. et P. L. II. c. XX. §. 21-24.

mum propter §. 24. C. XX L. II. de Iure belli et pacis; alterum vero propter §. 173. Cap. XLIII. L. I. du Droit des gens.

§. 4. Non tamen omni excusatione carent; cum sit certissimum, quod, quae gratiam suadere possint, ac debeant, a solis circumstantiis determinentur. Quum enim ab his proficiuntur veniae leges, *lex ipsa* non potest constitui; quum *illae* non praebent sui cognitionem. Sed, licet incognita sit futurum vera quantitas, a qua sola dependet illarum obligatio: Existunt tamen in vnoquoque crimen, quae pro *venia* impetranda intercedant.

§. 5. Haec dupli modo adparent. Primo sane loco nullum plane crimen excoxitari potest, quod non ex motiuo non turpi profluat, quamquam ad peruersum effectum impulerit. Omnes enim delinquentes desiderio laborant suam perfectionem promouendi, et si illicita actione motiuua manifestentur. Si ergo delicta poenarum irrogationem depositunt: Non minus error et ignorantia et imbecillitas longe aliam dispositionem a principe alludent.

§. 6. Haec quidem ad illos, qui in actionibus ad mentem agentis respiciunt. Contrariis contraria adiiciamus. Si ex quaque ciuium felicitate, populi felicitas incrementa capiat, si non minus priuatorum libertas publicam salutem suffulciat; si denique et unius ciuius interitus, reipublicae detrimentum inferat, et quidem *irreparabile*: Sic quoque non deerunt in vnoquoque causa, quae strictae iustitiae moriuua opponantur.

§. 7. Haec vero, si non aliis nituntur, non sola punitionem delinquentis inhibere patet. Quum vero plures pluribus addis, ad tantum pondus facile perueniant; vt, si in trutina *publicae salutis* acceperint, plus saepius in gratia repieres, quam in iustitia. Sed hoc non nostrum, sed illorum munus est, quibus iam publica salus committitur, quibus vnicce contingit ea ponderare, quorum uera quantitas vnicce innout.

§. 8. Casus proponant et decident, quos ritum coluisse innuat. Mihi non sufficit, oleum et operam *cum aliis* perdidisse. *Fontes* potius indicem, ex quibus emanare possint, quae gratiam suadeant. Poenae insuper effectum, ex effectu ipso determinatur,

turus, *tales fastigium emetiar*, quod veniae rationes superare debent, si vocentur decisivae. Sic tandem incurius, an plura patiatur materiae difficultas, ex illa consolatione delectabor, quod omnium primus eo usque progressus sim.

§. 9. Quemadmodum in hominibus vnius vires alterius fortitudinem plus uno modo superare possunt; dum aut maiori contentione sui ipsius, aut alterius debilitatione, victor unus euadit: Sic quoque in contrariis rationibus, tam solidiori defensione, quam solidiori impugnatione duplex victoria obtinebitur. Impar quidem modus est, par autem effectus. Cuius ergo propositum est, vt veniae utilitatem ab infensis iniuriis vindicet; Eadem quoque poenarum coactasse finem proficit.

§. 10. Quis itaque finis est poenarum? Triplicem esse ad unum omnes adfirmant: *Vt, scilicet, qui peccavit, emendetur;* alii postea exemplo detercentur a simili facinore; publicae tandem securitati in posterum propisciantur. Sed paullulum errarunt, quod facile apparebit, si species hasce singulatim pertractabimus. A secundo nunc incipimus, quia iam ex ceteris conflatus est.

§. 11. Mens hominis causa est suae actionis; actio autem effectus est mentis. Vtram autem corrigan exempla? Actiones iam in ultimo fine coercentur; quippe quae ad imitationem turbatoris moliuntur, publicam laudent procul dubio securitatem. Ast, si ad mentem respicis aut mores subditorum; non alias emendent, quae ipsum delinquentem non reddunt meliorem; quam ipse poenae dolor maiorem imprimat diuturnioreme memoriam, quam sola in aliis huius representatio.

§. 12. Cum ergo haec ultima pars ad primum finem remigrarit, hunc ipsum inuadamus. Si per poenam, ais, delinquentem emendari, mentemne intelligas? rogo iterum, an externas modo actiones? Actionum directio ad publicam securitatem refertur; supereft ergo, vt probemus, *nihil esse in poena, quod mentem corrigerem posse*. Quicunque ad frugem animum redire proposuit, aut poenae metu compellitur, aut male se fecisse sentit. Si prius nulla stabilitur vera emendatio; sed publica modo securitas, feruata est. Si vero posterius, non poenae tribuatur, quod rationi

conuenit, ut non ex malo animo, poenae necessitas deducenda est.

§. 13. Sed clarius oportet nos explicare sententiam. Inquisitio rei, eiusque defensio, in *necessariam* facti meditationem illum abripiant. Factum ergo, aut *illicitum* sibi repraesentat, *inflamque* poenam imminentem; aut *ius* quoddam habuisse automat, poenamque ut *injustam* abhorret; quibus propter peruersam plebis opinionem tertium genus addas, quod scilicet factum in genere quidem improbet, *sui autem ipsius respectu* necessitate quadam aut diro fato adactum fuisse credat, ut ea committat. Plures enim species nec existunt, nec propter exhaustam specierum combinationem existere possunt. (*)

§. 14. Primo sane capite, poena nec causa est emendationis, nec quidem causam praebuit, quod facinus commisisse, iam ipse factatur. Secundo autem casu, non animi, sed actionum emendatio ad normam publicae utilitatis omni modo expectanda est. Tenthio tandem, nulla nec in melius mutatio, nec in deterius confici potest, quum nullam reus habeat seu iusti, seu iniusti rectam cognitionem.

§. 15. Est ergo *unus poenae finis, publica securitas*; (**) non alter, non plures. Securitas autem maxima est pars publicae felicitatis. Cum ergo difficillimum sit, quae diuersis modis differunt, inter fese comparare; facilius euadit, si, quae discrepant, ad eius amissum diiudicantur, in quod omnes conuenire debent: *Ex publica* scilicet felicitate. Quum vero ad eumdem finem dissimili-

ma

(*) Si non locus est arbitrii, vbi vis illata, metus incussus est: Quomodo ex timore, seu poenae dolore producatur emendatio; quum omnis vis, et si iustissima moralitati repugnat. Mihi videntur opposita.

(**) Haec forsan opinionem elicuerunt, quasi legum sanctio solas hominum actiones respicere debeat. Mentre animumq; negligere non fas est, quatenus ex hoc declarentur illae. Non alia enim ratione inter homicidium culposum et dolosum distinguitur. Sed ne mentem corrigant leges aut in illam inquirant, vbi non cum actionibus externis coniuncta est.

ma tendant, tam venia quam poena: *principis* est munus, vtra
securius obtineatur, dijudicandi.

§. 16. Quae autem verisimilitudinis ab utraque parte *mēnsura* est? *Ex una* ponderari non potest, quum a circumstantiis
pendeant, quae veniam suadeant. *Ex altera* vero, quantus
scilicet in unoquoque casu poenae sit effectus, optime determi-
nabimus. Sic per indirecta ratiocinia invenientur, quae di-
recta lege constitui non possunt. Sic emetiamur illud fastigium,
quod altiori culmine veniae leges exsuperent.

§. 17. *Impunitas*, sine intermissione data, quae laxiori gratia
nititur, *maximam* parit verisimilitudinem, quod publica securitas
per noua crimina violabitur. Iustitia autem numquam non ad-
ministrata, vbi nullus veniae locus est, non nisi *nudam* possibilitatem
eiusdem praebet violationis; quum, quae ex poena imminenti
motiu oriantur, ceteris omnibus longe maiora sint. (*) Qualis
ergo comparatio est inter poenae exempla veniaeque, per ipsum
exemplorum *numerum* in unoquoque criminis genere institu-
enda: Talis evadit inter summam verisimilitudinem nudam
que possibilitatem, qui pro poena irroganda militet, *gradus*
medius.

§. 18. Tantum de motiis poenam suadentibus. Nunc
ad fontes eorum, quae gratiam suadere possunt. Haec aut in
ipso delinquentे sita sunt motiva, aut ex emolumento reipublicae
comparando proficiuntur. Verisimilitudo autem, quod illa
motiva in effectum sint transitura in utroque casu ex delinquen-
te hau-

(*) Plus enim esse debet in poena, quam in delicto, aut, ut cum
GROTIUS loquar, plus sit in malo passionis, quam in malo a-
ctionis. Si enim in totum aequalia sunt, ex poena mo-
tivum motiva ad delictum non superabit. Vera autem
quantitas ex genio populi eiusque proclivitate ad hoc
vel illud crimen determinanda est; Ne tamen ad sae-
vitiam producatur exasperatio. Fur iuste punitur, qui
diuina lege dupli fit reus; quum autem gula laqueo
frangitur - - - - - cetera quis nescit?

te haurienda sunt; Non tamen semper ex eius integritate aut emendatione futura, quamquam non negem, quod optimè in illis collocatur. Saepius enim ingeniosissimus princeps pessimum quoque hominem eo adigere potest, ut et iniurias reipublicae suæ lutem sua ope promoveat; sed rarius.

S. 19. Redeamus ergo ad fontes motiuorum. Quae in ipso delinquente sita sunt, aut ex dispositione animi eius oriuntur, et quidquid ex illa in posterum expectari potest, respiciunt; aut in externis eius praerogatiis nituntur. Hoc ultimo casu non nisi secundaria sunt, quia non nisi occasionem praebent, quod, quae ex publico commido hausta sunt, in effectum deduci possunt.

S. 20. Non ex mera speculatione ortum est hocce discri-
men; quamquam alii sint existimaturi, quod nihil interfit, quo
vigore causae impulerint, dummodo eundem producant effec-
tum. Longe enim differentes sunt causae; differens longe ef-
fectus. Quoad primas, sola actionum moralitas veniam commer-
eri potest; cum omnes leges non nisi arbitriis actionibus,
publici commodi causa, praefribantur. Quoad secundum vero,
quae ex dispositione animi desumpta est causa, hypotheticum mo-
tuum constituit, quum externae praerogatiuae publicae salutis
inopiam praemittant.

S. 21. Quae ergo ex moralitate rei deducuntur, ad excusationem eius aliquid conferre debent. Quo modo autem? An ex capite ignorantiae seu erroris? Nullo modo; haec enim ad exceptions pertinent et aut mitiorem reddunt iustitiam, aut plane declinant. Ex capite imbecillitatis verum oritur motuum; quum, quod sola culpa, omni carente dolo, commissum est de-
lictum, veniam a principe commereri potest. (*)

S. 22.

(*) Indicat haec distinctio, quam absone sint illae nugae Ciceronis, quas in paradoxis defendere studuit; quum omnia crima aequalis esse vitii, quoad causam impulsi-
onem, existimat. Quae non facile defensorem inueniet
opinio, quum iam a litterarum dupondiis per exercitia
scholastica confixam fuisse, recordor.

§. 22. Cur hypostaticum motuum in gratia constituit? Non, quasi ad publicam salutem hoc casu non respiciamus: Haec enim omnium legum lex est suprema; sed quia, omisso reipublicae respectu vniuersaliori, *proximior causa*, non in praesenti reipublicae inopia, sed *in bona fide* delinquentis supponitur; cui princeps remittit, vt, quum se se offerat occasio, id, quod a republica clementius accepit, proprio motu retribuat.

§. 23. Cur autem haec imbecillitas non exceptionem iustitiae parit? quia malus effectus cum animo male agendi in imbecillitate quoque coniunctus est; mereri poenam ergo potest infelix; mereri gratiam improbus. Sic, quo non iudici excurrere licet, principi concessum est. Puniat delinquentem, si non maiora ex eius conservazione sperari possunt commoda, quam ex delicto. Aggratiat autem, si illius actiones futurae tantum promittant, vt macula facinoris, splendidiori facinore deleri possit.

§. 24. Ex ipso enim vitio praeclara saepius oriuntur. Prudentior ex commissio errato; sapientior ex propria vitiorum cognitione; melior ex firmiori conatu; animosior tandem ex memoria beneficij accepti, vir suam, aliorumque multorum hominum fortunam, extollat, et actiones dirigat, cui fides habita est; experientia non negata. (*)

D 2

§. 25.

(*) Constat inter omnes, quod nostro iure diuini Numinis antistibus facilior venia in honorem ordinis concedatur. Haec autem conniventia omni ratione destituta est. Nemo maiorem moralitatem per crimen violat, nisi studiis imbutus; nemo ex his, nisi Theologus. In illis ergo delictis, vbi dolus commissus est, poenam non mitigarem, sed exasperarem. Vbi vero nuda imbecillitate delictum quis commisit, non modo priuilegia redderem, sed augerem quoque, longe aliis tamen rationibus commotus. 1) Quia, qui pluribus officiis satisfacere debet, tanto facilius errabit. 2) Quia spes impunitatis, non in vniuersam gentem, sed in paruum numerum redundabit, in quo ipso, ne quidem, propter religionem, receptaculum facile inueniet. 3) Quia, cui fidem habet coetus

§. 25. Mirandum sane est, quod, in qua minime exspectari poterat, luculentissimum exemplum romana historia praebat. De Q. Fabio Maximo loquor, quem L. Papirius Cursor sibi adiunxerat magistrum equitum, dictator. Quum ille, spreta dictatoris lege, quamvis secundo successu cum hostibus pugnasset, dictatorque ad exercitum reuersus Manliana minitaretur imperia, magister equitum Romanam profugit, fidem obtestans Quiritum. Insequatus est dictator, vt laesam imperii maiestatem, laesam militum disciplinam in illo vlcisceretur, quam salua poterat amittere respublica.

§. 26. Ast, quum a contumacia ad preces recurrebat Fabius; quum et illius pater, veniam pro filio supplice orabat, totusque populus non ab officio amplius, sed a clementia dictatoris exspectabat, vt Fabius a poena bene merita liberaretur. Tunc a vindicta ad clementiam dictator inclinatus, optimae spei iuuenem seruavit; quum iam firmata disciplina restabiliterumque imperium non ex morte eius, nec interitu, sed ex conservatione potius maiora incrementa sperare poterat.

§. 27. Nunc ex altero genere exemplum adiiciam. Recentissima memoria, quod principum sapientissimus virtutum multiplici morte dignissimum ab ultimo supplice liberauerit; sed eo pacto, vt omni infamiae macula adfectus, perpetuoque carcere inclusus, iuuenes in arte bellica erudiret, in qua ipse praestantissimam certe scientiam sibi comparauerat. (*)

§. 28. Haec mihi in conspectu doctrinae generaliori sufficere videntur. Antequam vero ad finem perueniam, nonnulla ex prioribus declarare iuuabit. I.) Si ergo crimen delinquentis nuda culpa commissum motuum hypostaticum ad gratiam ita constituit, vt hocce motuum ex praesenti reipublicae statu conditionem

hominum, quum vitia perstringere debet ex officio, plus saepius ex propria, quam facta experientia finem attinet, gerere valebit.

(*) Haec si ponderas non a crudelitate profectum fuisse Patkulii supplicium autemabis. Plura de hoc in Nordbergii Historia Caroli XII. Suecorum regis.

ditionem nullam praesupponat: Sufficiet delinquentem in praesenti modo delicto nullum commisisse dolum, an et in ceteris actionibus eadem requiritur verisimilitudo?

S. 29. Non sufficit profecto vnius delicti culpa; quin et nuda bona fidei praesumptio in ceteris actionibus non sufficit. Quainvis enim iureconsultorum sit regula: *Quod nemo malus presumatur;* princeps tamen illa adstringi non potest; quia male suo populo consuleret, qui praesumptionibus salutem eius temere sacrificaret. Maior ergo verisimilitudo ex omni vitae curu, ex moribus, ex ipsa indole ingenii pro impetranda gratia debet intercedere.

S. 30. II.) Quamuis iam in antecedentibus indicauerim, quod praerogativa hominum externae motuum *hypostaticum* non constituant. Facile tamen alii obiciant, quod earum non nullae, quum a conatu publicam salutem promouendi trahant originem; fidem quoque non temerandam, de bona fide delinqentis interponere possint, ac, licet alieno nomine, proprio re vera merito, gratiam a principe eliciant.

S. 31. Haec refutare necessarium duxi. Non autem de *opibus*, nec de *clarissima rei prosapia* verba componam. Hae enim tantum indigna sunt gratiae obiecta, quantum solae quasi sunt per leges nostras priuilegiatae. Ad illos autem accedam, qui *personalem dignitatem* venia tueri conati sunt, quum pro praemio reputent, quod de republica bene meriti non immerito exspectent.

S. 32. Sed probet, quicumque hoc statuit, quod non in propriis emolumenit, non in expellatione dignitarum aut diuitiarum finem optimi studii collocauerit, qui publicae saluti voto sese quodam dicauit. Id, quod ex ambiguo conatu non facile demonstrari potest. Si vero ex propriae felicitatis desiderio vilior ciuis euasit: Ex ipso quoque felicitate promota satis remuneratum fuisse eisque autem, quousque non in legibus nostris praemia meritis certissima constituantur.

CLAVSULA.

S. 1. Haec omnia perfectam praesupponere legislationem adparet. Quum vero leges nostrae non tali gaudent emolumento;

mento; manifestum est, quod et exceptions parvam modo perfectionem redolere possint. Nostris principibus ad mitigandam regulam quodammodo inseruiunt. Inseruant et in posterum; quum omnis exceptio ad perficiendam legem utiliter adhibeatur.

S. 2. Nunc desinam differere; longius forsitan differuisse timens; certius adhuc, cum exigua utilitate. Non illi enim facile legent, quibus vnicet inseruire potest, et lecta nihilo tamen secius non placebunt. Interim veritati studuisse iuuet; licet non in totum reperta sit. Sic, quam non ingenium aut studia laudem adipisci valebunt, mens recta adipiscatur. Ego nunc opto, ut, quae principio certissime gaudent, nec fine careant optato.

COROLLARIA.

Leges Mosaicae matrimoniales Leuit. 18 recentiae, pleraque sunt positivae, nec inuolunt hodie obligationem iuuenfalem, Christus non est nouus legislator, Ciuitatibus Imperii liberis et immediatis votum decisuum competit, pace Guephalica non demum concessum, sed potius restauratum, Germanis aequae ac Gallis, Anglis in Indias nauigandi et commercia maritima instituendi ius competit, Valer transactio de relictis in testamento, tabulis nondum inspectis, Non absurdum est, transactiones ad dissoluendum matrimonium tendentes, validas pronuntiare, Omilla funiculi umbilicalis deligatio non est necessaria mortis subsecutae cauſa, Recte vulnera in lethalia, et non lethalia, et illa in lethalia per se et per accidentem diuiduntur, Non datur Monarchia absolute illimitata,

CORRIGENDA.

P. 1. l. 19. ambeant l. ambiant p. 2. l. 2. scribam l. conscribam. l. II. lis addit. l. 22. explicem l. explicabo l. vlt. presupponetur l. presupponatur. p. 3 l. 4. insequens-exceptio l. antecedens-insequens exceptio l. 25. immensa l. emensa. p. 4. l. 9. quorum l. quarum l. 10 qui l. quae vna. p. 5. l. 2. hanc l. illam. p. 6. l. 1. exspectant add. lectores l. 8. ratiocinari l. concludi. p. 7 l. 19. adsecerint l. adficerint. p. 8 l. 15. perficiatur l. obtineatur. p. 9 l. 20. collisione l. collisionem ibid. convenient l. veniunt. p. II. l. vlt. Iudaeorum dele. p. 12. l. 12. in tale emolumen- tum l. tali emolumento. p. 14. l. 5. illo l. fe. l. 19. Davides l. David. p. 17. l. 17. difficultima l. difficultime. p. 18. l. 18. quo l. quibus. p. 19. l. 3. inde l. co. l. 15. exercebimus l. exercetibus p. 22. l. 28. peruenient l. perueniant. p. 23. l. 21. del. ad l. 24. emendent l. emendabunt. p. 14 l. 23. quod l. qua. ib. ex publica felicitate l. ad publicam felicitatem. l. 34. ne corrigant aut inquirant l. nec corrigunt nec inquirunt.

(X225 7030)

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan.

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

DISSE^TAT^O IN AVG^VRALIS

AD

IVS AGGRATIANDI

QVAM

NVMINIS DIVINI AVSPICIIS

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. FRIDERICO II.

HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA

AVCTORITATE ET CONSENSV

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
PRAESIDE

VIRO ILLVSTRI AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO

DN. CAROLO GVILIELMO
WIPPERMANN

PHIL. ET I. V. DOCT. IVRIVMQVE PROF. PVBL. ORD. PRIM.
PATRONO SVO AETERNE DEVENERANDO

PRO LICENTIA

SVMMOS IN V^FROQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA
DOCTORIS RITE CONSEQVENDI

D. IVN. M DCC LXIX IN AUDITORIO ICTORVM
ILLVSTRIS SENATVS ACADEMICI

DISQVISITIONI SVBIICIT AVCTOR

IOHANNES AVG^VSTVS BACH

BEROLINAS.

RINTELII TYPIS I. G. ENAX, A. T.

